Oppositum arguit, gratia per easdem lineas appetunt descendere per quas descendunt: cum non fuerint impedita. Sed huius est per lineas breuissimas quae possunt per trahiri ab eis usque ad centrum mundi, ergo recte, maior est nota. probat minor, quod descendunt per semidiametros mundi, vel per lineas que sunt pres semidiametros mundi. Huius sunt breuissime quod per trahiri usque ad centrum, assūptum per hoc, nam datis duobus grauius descendunt illa descendunt per lineas recurrentes in centro mundi, ex quo quodlibet illo grauius tendit ad centrum mundi. Sed tales lineae sunt semidiametri mundi, vel pres eorum, ergo recte. De ista ratione dicunt quidam quod grauius appetit descendere per lineas rectas quam possunt et non sunt impedita. Sed quod impediuntur ne possint descendere per lineam rectam, tunc mutat appetitus descendendi per linea rectam in appetitu descendendi per linea obliquam quam tunc saltare possunt fieri, ppinqiuora centro prius. Sed breviter ista opinio non valet ex eo quod si appetitus forme grauius sic mutaret: tunc forma grauius est forma cognoscitua, quod est falsum. Sequentia tenet, quod sic mutare appetitum solu debetur formis cognoscituis. Secundo graui intrinsece nullo modo mutato potest una vice descendere per linea obliquam, et postea per linea rectam, propter solam mutationem medie extrinseci, ergo non mutatus de uno appetitu in alium. Nam cum talis mutatione appetitus nullo modo posset stare quod id est graue habet se omnino eodem modo intrinsece nunc prius. Alter ergo vicendum est quod graue non appetit descendere plus per una linea quam per aliam. Sed quod descendit per unam lineam et non per aliam, hoc est secundum quod applicatur tali vel tali resistentie, ita quod finaliter ex applicatiōe alia et alia ipsius grauius ad medium extrinsecum determinat quod per talē vel per talem linea descendit. Ita quod si et se appetit descendere. Huius modius descendendi determinat finem aliam et aliam applicationem ei ad medium extrinsecum, et ratione huius est. Nam si aliquis plus appeteret descendere per unam, et aliquando plus per aliam, oportet concedere appetitum ei intrinsece mutari, et sic oportet concedere formam grauius esse formam cognoscitua. Et oportet uterius concedere quod graue non possit nisi descendere per linea obliquam, et postea per rectam nisi ipsum graue intrinsece mutaretur. Huius diceret aliis, videtur utique quod graue plus appetat descendere per linea rectam quam per obliquam. Nam videmus quod quando graue descendit per linea rectam, difficultas potest arrestari et impediri ab eius descendit quod non descendit per linea obliquam. Huius autem videtur esse signum quod plus appetit descendere per linea rectam quam per obliquam.

Questio XII.

dere per linea rectam quam per obliquam. Ad istud dico quod graue quando descendit per linea rectam difficilius arrestat quam non descendit per linea obliquam. Sed huius causa non est maior appetitus descendendi per linea rectam quam per obliquam: sed hoc est propter hoc quod non descendit per linea rectam minoribus resistentiis quam non descendit per linea obliquam. reputata super tabulam transuersaliter positam, modo difficilius est idem impediens cum minori resistentia impedire motum alicuius potentie mouentis quam cum maior.

Ad rōnes ergo factas hinc inde. Ad prima negatur quia ex eo quod non terra descendit in ignem, ignis non appetit ascendere per eandem viam per quam descendit terra, ex eo quod terra ipsum a talis ascensiō ipedit. Et iō tunc ignis propter resistentiam extrinsecā determinat ad ascēdēdū per aliam viam, ubi inuenit resistētiam minorē. Ad secundū, sequitur quod graue non descendit obliquam, negatur quia non dico quod graue ex se magis appetat descendere per linea rectam quam per linea obliquam, sed quod appetit eum propinquius cetero, descendit per quocumque linea potest, et quod sic vel aliter descendit, ad hoc determinatur ex alia et alia applicatio eius ad resistētiam, quod non ex descendit per linea rectam huius maiorē resistētiam, tunc descendit per linea obliquam huius maiorē resistētiam, tunc descendit per linea rectam. Tercio ad rōne facta in opere, per easdem lineas grauius appetit descendere recte, dico quod non potest. Sed sufficit quod eo descendit per tales lineas determinetur ex tali applicatioē grauius ad tale resistētiam.

Clam quidē igitur que sursum faciet lationē secundū cūdūm quod leuis cum ferat et sumat principium a virtute quod deorsum iterū secundū quod grauius velut enim iprimens tradit utrisque et cetero tertio celi. Textu 2metrigi vicesimo et avi. **Questio XII.**



Ercum propositum erat. Ut aer natūliter moueat in projectione lapidis vel alterius plectri in eo. arguit quod non. Nam si sic sequeretur quod aer non in tali motu desineret moueri saltē quod in maneret in loco proprio. Non est falsum. Quia videtur tenere.

Nam si aer moueret natūliter versus sursum vel ad latum ipso exire in loco proprio, quod rōne moueret in aliquo tempore, eadem rōne per aliud. nam si quiescat hoc non est per nouum locum in spē, nec propter qualiter locum sibi natūle de novo acquisitum. ex eo quod tali motu aer mouetur in loco proprio. Secundū, nam ponatur quod plectrum percussum ad latum, tunc si in tali motu aer moueretur natūliter, oportet utique quod hoc esset mediāte gravitate vel lenitate ipsius aeris. Sed huius non ex eo quod grauitas et lenitas non inclinant natūliter nisi ad motum sursum vel deorsum. Tertio si questio esset yā pari rōne plectrum moueretur natūliter. Sed hoc est falsum. Quia probatur. Nam sicut aer in plectrio pellitur a proprieitate, ita plectrum, et per quod rōne motus unius esset natūlis, eadem rōne motus alterius, falsitas huius probatur. nam si motus plectri esset natūlis, percussus galigis lapis sursum manifestus est quod talis lapis non mouet a sua mā, cum illa nullus sit activitatis, nec mouet a sua forma vel grauitate, quod illa magis inclinat ad oppositum, nec appetit aliquod aliud in lapide intrinsecum lapidi, quod aptum natū sit mouere dico modo illū lapidē, quod talis lapis mouet dico modo violētē, cum non moueat a principio intrinsecō, quod recte.

Oppositum arguit, nam in projectione lapidis aer retro lapidē sequitur lapidē ne fiat vacuu, ergo in plectione lapidis aer mouet natūliter. Huius tenet ex eo quod motus coram quo mouent ad replendit vacuu est corporibus natūlis, anīs per quod nisi lapidē projectus sequeretur aer maneret vacuu in loco quem exiit lapis intrando aliud locum in tali motu. In ista ratione primo videtur ē de pncipali questio, secundū, videtur ē de plectro a quo mo-

Liber III.

reat. et utrum non aliter vel violente post recessum a pyciete. Ad primum sciendum est. quod in projectione lapidis est duplex motus aeris sive aeris aut lapidem qui resistit plecto: et dividitur vel ultra naturalem qualitatem suam condemnatur per ipsum projectum. aliud est aeris qui retro ipsum projectum insequitur ad finem et non remaneat vacuum. Tunc sit prima conclusio. in projectione lapidis motus aeris antecedentis projectum non est naturalis probatur. nam tunc sequeretur quod non resisteret projecto. quod est falsum. talis enim aer non minus resistit projecto quam aer resistat graui descendenti vel leui ascendentis naturali. Secundo. nam condemnatio aeris ultra suam naturalem raritatem est sibi violenta. Sed in tali motu talis aer antecedens condemnatur ultra dampitatem sibi naturalem. et sic. Secunda conclusio. motus aeris insequentis projectum est naturalis. probatur. quia est a principio intrinseco. scilicet a forma substantiali ipsius aeris. que inclinat ipsum aerem ad insequendum projectum. ad finem quod non fiat vacuum. Sed contra istam conclusionem arguitur. Nam iuxta hoc esset concedendum idem elementum simplex habere duos motus naturales distinctos specie. quod est contra dicta primo huius. consequentia probatur. Nam aer vel aliquod aliud corpus haberet motum naturalem quo moueretur ad suum locum naturalem. tunc unum aliud motum naturalem quo moueretur ad replendum vacuum. Ad istud respondetur quod alicui corpori simplici inesse naturaliter plures motus intelligitur dupliciter. Uno modo quod ambo insint illi corpori secundum naturam propriam illius corporis. Alio modo quod unus illo et motu insit illi corpori secundum naturam propriam. et alter secundum naturam communem illi et aliis corporibus naturalibus. Tunc dico quod bene ostensum est primo huius quod impossibile est eidem corpori inesse naturaliter distinctos motus in specie secundum naturam propriam. cum hoc tamen bene stat yni corpori simpli ci inesse plures motus distinctos specie. et hoc naturaliter. quorum unus inest ei secundum naturam propriam. alter vero secundum naturam communem. Circa illud dubitatur quis illorum motuum sit magis naturalis. Utrum ille qui inest corpori secundum naturam propriam. vel ille qui inest corpori secundum naturam communem. vel an sint eque naturales. Respondetur quod motus qui inest corpori secundum naturam communem est magis naturalis. puta motus quo mouerentur corpora ad replendum vacuum. Et ratio huius est ista. quia videmus quod corpora dimittunt sua loca propria et naturalia. ad que sunt mobilia naturaliter secundum naturam eorum propriam. et mouerentur ne fiat vacuum motu qui est eis secundum naturam communem quod patet. nam cum aliquis ponit aliquam fistulam ad aquam et extrahit per os aerem de fistula. aqua dimittit locum suum et ascendit in fistulam. et hoc est signum quod plus inclinatur ad motum per quem cauetur vacuum. quod ad motum quo est mobile ad locum proprium. Et nota quod per naturam communem non intelligo aliquam rem que inest pluribus corporibus. Sed hoc voco inesse corporibus secundum naturam communem. quod inest yni corpori naturaliter. et consimiliter inest aliis corporibus distinctis ab illo specie. Et sic est de moueri ne fiat vacuum. hoc enim inest omnibus corporibus. unde antequam natura permitteret vacuum. celum descenderet et impleret. sicut dicit commentator quarto physicorum. verum est tamen quod aliqui dixerunt. quod sic insequi corpora ne fiat vacuum inest soli aeri et aquae. que sunt elementa media. que quia sunt grauia et levia possunt moueri indifferenter huc vel illuc. sed sicut dicunt non sic est de elementis extremis. quorum unum est simpliciter graue. et aliud simpliciter leue. Sed breviter illud non vallet. Nam ad sensum videmus quod puluis ascedit per fistulam

Questio XII.

subtracto aere. per quod constat terram ascendere ad sequentem corpus aliud non aliter. sicut facit aer vel aqua. Quantum ad secundum articuluz sciendu quod de hoc projectu post exitum eius a manu pycientis mouetur ab aere in sequente plectum. unde imaginatur ista opinio quod cuius projectum exiret velociter a loco in quo erat natura abhorrens vacuum velociter mittit aerem ad replendum locum. qui quidem aer velociter sequens attingit ad plectum. et ipsius ultra pellit. Sed breviter ista opinio non videtur esse sufficiens. nam licet projectum bene insequatur aer ne fiat vacuum. tamen ille aer non vir est causa ipsius plecti. nam ille aer quod in sequente plectum et tangeret ipsum. quod aer est faciliter diuisibilis. et projectum non. latera aeris diuidentur ab inuicem. et sic non impelleret projectum ultra. Secundo. nam secundum istam opinionem non posset reddi causa que moueret rotam vel molam fabri longo tempore postquam manus mouens esset ablata. unde non potest dici quod hoc sit aer in sequens ex eo quod continet illa mouentur in eodem aere. nec ita aer illa in sequitur. sicut bene in sequitur sagitta vel aliquod tali modo plectum. Tertio. nam videmus quod si aliqua nauis plena feno vel straminibus moueretur ab oriente versus occidente in aliquo flumio post ablationem trahentis sepe palae retro nauem mouentur contra orientem. Et non deberet esse opposito modo. si aer in sequens moueret. Secunda est opinio quod manus mouendo projectus moueret etiam aerem circumstantem et locantem ipsum plectum. et iste aer qui est innatus velociter moueri desert secundum plectum tanquam vas illud quod est in vase. Ista opinio etiam non est sufficiens. Nam dubitatur a quo moueat ille aer postquam manus cessat impellere et mouere. et sic manet tanta dubitatio de illo aere a quo mouatur sicut erat de projecto. Si dicatur quod iste aer mouet a sua levitate quodque lenitas aere velociter moto innata est retinere diu vim motuum. hoc non valet. quia levitas non est nata mouere nisi sursum. et projectio potest fieri tam sursum quam deorsum. quam ad latum. Secundo. ista opinio non posset salvare quid moueret molam fabri. que velociter impulsata valde diu adhuc verteatur non obstante quod aer vndeque circundans abstergere vel astrigeret. Tertio. nam aer quantumque est velociter motus. ipse est valde faciliter diuisibilis. Ideo non apparet quomodo posset tam longo tempore sustinere in alto lapidem ponderis centum vel mille librarum projectum per machinam. vel per aliquod aliud instrumentum. Quarto iuxta istam opinionem sequeretur quod longius possemus proiecere plumam quam lapidem. et minus graue quam magis graue. Si enim similia in figuris et in magnitudinibus. consequens est contra experientiam. consequentia tenet ex eo quod magis graue quam magis resistere aerem mouet in sursum quam pluma. vel minus graue. Quod si aer quemque pycies mouet cum lapide est tante virtutis quod possit velociter ferre magnus lapidem projectum tunc videretur quod si sine lapide aliquis proiecens pelleret aerem contra socium suum. quod ille contra quemque pelleretur aer multo maiorem impetum deberet percipere quam percipit. Tertia est opinio quam repto verior est. quod projectum post exitum eius a manu vel recessum a proieciente mouetur quadam vi seu impetu sibi impresso ab ipso proieciente. Et sicut tandem illa virtus motu sibi impressa remittitur usque ad non gradum projectum. desinit moueri motus projectionis. Et secundum istam opinionem possunt saluari apparentia iuxta motum projectionis. Primo quidem quare proiecens remotius proiecit lapidem quam plumam. huius quidem ratio est ista. quia in lapide plus est de materia quam in pluma. et etiam est magis compacta. et ideo illa virtus motu fortior. et maior imprimitur lapidi quam plume. et etiam diutius retinetur recte sicut videtur quod ferro fortior imprimitur calor quam ligno. et hoc propter dampitatem et compaci-

Liber III.

tatem materie. Juxta etiam istam opinionem redditur causa propter quam lancea longa plus perforaret quam ferrum si ne lancea. huius quidem causa est. quia in lancea longa plus recipitur de illo impetu quam in ferro solum. Et si queritur que res sit talis impetus. certe hoc magis pertinet ad investigationem metaphysicam quam ad investigationem naturalem. Ex his patet quod motus projecti non est projectio naturalis sed violenter. patet hoc. quia talis motus prouenit ab aliquo impresso ipsi projecto ab extrinseco. Sed dices. contra talis motus est a principio intrinseco motus. ergo naturalis. Respondeo negando consequentiam. nam ultra hoc requiritur quod naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

Ad rationes Ad primam quando dicebatur. sequitur quod aer in tali motu nunquam defineret moueri. negatur consequentia. et ratio huius est. quia in tali motu aer rarefit et condensatur ultra gradum raritatis vel densitatis sibi debitum. et ideo aer appetens redire ad statum pristinum tandem desinit a tali motu. Ad secundam prociatur projectum ad latus. placet mihi. tu dicebas quod aer tunc non insequitur naturaliter. dico quod immo. et ideo dico quod hoc est mediante forma tanquam mediante principio actino principali. et mediante levitate. tamquam instrumentalis et quando dicebarur levitas non inclinat nisi ad motum sursum. dico quod hoc est verum quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam sibi propriam. tamquam quando mobile mouetur motu sibi naturali secundum naturam communem sibi. Palpys sicut est in proposito ne fiat vacuum. levitas bene mouet ad latus. seu ad aliam differentiam positionis quam sursum. Ad tertiam. ista dene probat quod projectum moueretur naturaliter. et hoc si aer precedens ipsum moueretur naturaliter. quia ille pellitur sicut projectum. tamen non oportet. si aer insequens projectum moueat naturaliter. quod ergo projectum moueat naturaliter. quia aer insequens non pellitur sicut pellitur projectum. Et ideo dissimile est de motu projecti. et de motu aeris insequentiis projectu. quare sic.

Totaliter autem temptare simplicia corpora figurare irrationabile est. Tertio celi. Textu commenti sexagesimi sexti. **Questio XIII.**

Nec restat ultimo querere circa figuram corporum simpliciorum elementarum et quantum ad hoc queram unicam questionem scilicet. utrum elementa quatuor determinent sibi figuram a natura. et videatur quod sic. Nam quintus corpus simplex. scilicet celum determinat sibi figuram a natura. scilicet spericam ut prius dictum est. ergo videtur quod alia quatuor corpora simplicia. scilicet elementa determinent sibi figuram a natura. Secundo. quia per rationes geometricas probatum est quod non sint nisi quinque figure corporum regularium secundum speciem que sunt simplicissime. igitur videntur quod illas figuram sibi determinant quinque corpora simplicia. scilicet celum et quatuor elementa. sic quod quodlibet eorum determinat sibi unam earum. Tertio. corpora determinata ad maximum vel ad minimum utique determinant sibi aliquam figuram a natura. quia determinata ad maximum vel ad minimum determinantur ad finitatem. omne autem finitum est figuratum. corpora autem elementaria determinantur naturaliter ad maximum vel ad minimum. quod patet ex secundo de anima. ubi dicitur omnium natura constantius posita est ratio magnitudinis et augmenti. Hoc idem videntur posset elici ex secundo physico. Quarto aqua determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo et cetera elementa. consequentia tenet. quia non vide-

Questio ultima.

tur esse maior ratio de uno elemento quam de alio. Antecedens videtur esse evidens ex intentione Aristote. secundo huius. ubi probat quod ipsa est sperica. quia aliter partes eius superficiales non equaliter distarent a centro. Quidam. ea dem est figura totius homogenei et cuiuslibet eius partis. alter enim non esset homogeneum. sed particule aque videntur tendere ad spiculatatem. sicut patet de gutta rosis et pluviae. ergo ita videtur esse de tota spuma aquae. Sexto ignis determinat sibi aliquam figuram a natura. ergo et alia elementa. consequentia tenet. antecedens probatur. quia determinat sibi figuram pyramidalem. patet hoc. quia cum ascendet non ascendit nisi secundum figuram istam scilicet pyramidalem sicut docet experientia. ergo sic.

Oppositorum videtur esse de intentione ari. i littera In ista questione erunt quattuor articuli principales. In quorum primo recitabo opinionem antiquorum de figura corporum simplicium. In secundo improbatum eorum antiquorum quia ponunt ari. et commentator. In tertio dubitabit de uno quod ari. et commentator assumit in improbando opinionem antiquorum. In quarto articulo respondetur ad quesitum.

Quantum ad primum sciendum est quod erat opinio antiquorum. quod corpora simplicia. sicut celum et elementa determinarent sibi figuram a natura. unde considerauerunt quod corpora mathematica regularia sunt. scilicet non plura. s. hexaedron. octaedron. duodecagon. et icocedron. Et quia etiam corpora simplicia naturaliter sunt. scilicet non plura. s. quatuor elementorum et quinta essentia. crediderunt quod quodlibet istorum corporum simplicium determinaret sibi unam illarum quinque figurarum regularium. Unde dixerunt terram esse corpus octaedron. seu corpus cubice figure. seu corpus sex superficium regulare. Et hoc ideo. quia corpus cubicum seu octaedron est magis fixum et immobile et minus aptum ad motum. Et quod sicut de terra. ideo attribuerunt terre figuram cubicam seu figuram octaedron. Dixerunt autem aquam esse corpus icocedron. seu corpus ex duabus superficiebus regularibus. quod aqua omnibus aliis est corpus magis rotabile et minus stabile. terminabile terminis alienis. et difficulter terminis propriis. et hoc ipsi attribuerunt aquae propter multitudinem angulorum. quos habet corpus icocedron. Attribuerunt autem aeri figuram octocedron. et igni figuram teracedon. scilicet figuram pyramidalem. et celo figuram duodecagon. et hoc propter causas que erant expresse in una questione facta circa primum huius. Et illud potest intelligi vel quod dicta corpora sunt se tota essent taliter figurata vel ex partibus particulis sic figuratis posita. videlicet quod terrae secundum se tota sunt cubice figure. vel quod particule ex quibus ipsa sunt composta sunt cubice figure.

Quantum ad secundum Articulum sciendum est. quod Ari. et commentator improbat istas opiniones sic. nam si dicta opinio esset vera necessario se queretur vacuum. quod tamen ipsi antiqui negabant. probat consequentia. quia cum huiusmodi corpora simplicia sic figurata conponerentur. non ita possent coniungi circa eundem punctum. quin inter ea remaneret vacuum. quod in superficialibus figuris regularibus tantum sunt tres figure quod replent spacium superficiale scilicet circa eundem punctum scilicet trigonus quadratus et hexagonus. In corporalibus autem figuris. sicut dicunt Ari. et commentator. sunt due tantum que spatium replent corporale circa eundem punctum scilicet pyramidis et cubus. propter quod oportet solum illa duo corpora. scilicet. quorum unum est pyramidale. vel ex pyramidibus compositum. et aliud cubicum vel ex cubicis compositum in aliquo numero accepta replere locum sine vacuo. Et ideo quantum esset de aliis tribus oportet

Liber III.

teret eē vacuum.iz h̄ euitaret p̄ cubita t̄ pyramidalia.
Quantum Ad tertium articulum. dubitatur de h̄ qd̄ suppositum iam fuit in improbatione opinionis antiquorum. supponitur enim q̄ corpora pyramidalia regularia i aliquo numero accepta possint replere locum. **C** Dubitatur vtrum hoc sit verum. pro qno primo oportet supponere quid intelligatur in proposito per replere locum. pro quo sciendum q̄ replere locum pot̄ itel ligi vel in superficie vel in solido. replere locum in superficie non est aliud q̄ replere totale spaciū superficiale circūstans aliquē punctū in ista superficie imaginatū. Sed replere locū in solido est replere totū spaciū corporale circūstans aliquē pūctū imaginatū. **C** Tūc pro cōclusionib⁹ aliquibus ponēdis supponitur. q̄ quēlibet punctū in superficie imaginatū circūstat spaciū superficiale. qd̄ valet quatuor angulos rectos. ista p̄ ex primo elemētoz euclidis. **C** Tūc sit vna cōclusio. Qz tres sunt figure regulares superficiales potentes replere locū in superficie. s. quadratū triangulus et exagonus. Istud probatur de quadrato. Nā si aliquē punctū circūponantur quatuor quadrata. occupabunt totū spaciū superficiale circūstans illū punctū. qd̄ patet. Nā totale illud spaciū circūstans istū punctū valet quatuor angulos rectos precise. et tantū precise valēt quatuor anguli quatuor quadrator̄. qz cuiuslibet quadrati quilibet angulus est rectus. **D**ico secūdo q̄ sex anguli triāguli regulares replēt locū. quia angulus trianguli regularis seu equilateri valet duas tertias vnius recti. sicut potest ex p̄positione 30^a primo elementoz Euclidis. ergo sex tales anguli valent. iz. tertias anguli recti. sed tales. iz. tertie faciūt quatuor itegra. s. quatuor angulos rectos. q̄tū est p̄cise spaciū superficiale circūstans aliquē punctū in superficie imaginatū. ideo sex anguli trianguli regulares circa eūdē pūctū positi replēbūt locū. **C** Dico tertio q̄ tres exagoni regulares replēt locū qz angulus exagoni habet quatuor tertias vnius recti. sicut pot̄ elici ex iā allegata p̄pōne primi elemētoz euclidis. ergo tres tales que faciūt q̄tuor itegra. s. q̄tuor angulos rectos replērēt locū superficiale circūstantē aliquē pūctū in superficie imaginatū. **C** Dico q̄rto q̄ anguli pēthagorōz vel eptagonōz vel octogonōz. sic in istīnū in nullo numero cōbinati possunt precisely replere locū. angulus enim pentagoni habet vnu rectū t̄ q̄ntaz huius recti. tales aut̄ tres cōbinati min⁹ faciūt q̄ tuor rectos. Quatuor vero cōbinati plus faciūt q̄ tuor rectos. Deinde nec eptagonus replēt locū. qz angulus eptagoni valet vnu rectū t̄ q̄nq̄ septimas vnius recti. ergo duo tales sunt minores q̄ tuor recti. et tres sunt maiores q̄ tuor recti. Et breuiter vltra exagonum nullaz figuraz regulariū anguli replēt locū. qz omniū figuraz regularium vltra exagonum duo anguli sunt minores quatuor rectis. et tres sunt maiores q̄ tuor rectis. **C** Et vt qd̄ dicitur melius intelligatur. pro scīēdo quantum alicuius figure regularis angulus valeat etiam q̄tūz omnes simul. sciendum est q̄ cuiuslibet quadrati angulus est rectus. hoc patet per diffinitionē quadrat⁹. et cuiuslibet trianguli. regularis angulus valet duas tertias recti. istud patet. nā cuiuslibet trianguli anguli valent duos rectos. vt demonstratū est primo elementoz Euclidis. et cū anguli trianguli regularis sint sibi inuicē equeales. vt patet per diffinitionē figure regularis. sequit̄ q̄ quilibet angulus trianguli regularis valet duas tertias recti. vñ figura regulari d̄r cui⁹ oīa latera sūt sibi inuicē eq̄lia. et oēs aguli sūt sibi inuicē eq̄les. sic ḡscim⁹ q̄tū valent anguli q̄drati. et simili trianguli. **C** Ad sciendū autē consimile de alijs figuris regularibus superficialibus. sicut de pentagono. exagono. eptagono. et sic de alijs. est sciendū q̄ p̄mo cōsiderādus est numerus angulorū talis figure. quo cōsiderato ab illo remoueant̄ duo. et illud residū ostenden̄ dum nobis numerū triangulorū in quos illa figura est reso-

Questio XII.

lubilis. hoc aut̄ scito duplēcē numerū triangulorū in quos ista figura ē resoluta et resultās ex tali duplicatiōe est numerus angulorū rectoꝝ quos valēt oēs anguli sūt iuncti illi⁹ figurae. cui⁹ angulorū valor querebaſ. Uerbi gratia. Si volo sci re quod angulis rectis equalent anguli pentagoni regularis cōsiderabo q̄ q̄nq̄ sūt anguli pēthagoni. a qbus remouebō duos. et remanebūt tres. dico ergo q̄ pentagonus resolubilis est in tres triangulos. q̄tū triū triangulorū anguli valent sex rectos. qd̄ patet duplicādo tria. dicā q̄ omnes anguli pentagoni regularis sūt iuncti valent sex rectos. et per cōsequētū vnuus angulus pentagoni valet vnu rectū. et quintā partē recti. et q̄ exagoni sunt sex aguli. remouebo a sex duo. et remanebūt quatuor. in tot ergo triāgulos exagonus est resolubilis. s. in quatuor. et si quatuor duplicamus resultat octo. et tot angulis rectis equalent anguli exagoni simul iuncti. ppter qd̄ vnuus angulus exagoni regularis valet vnu rectum et tertiaz recti. qd̄ patet. Nā si octo anguli recti disribuantur sex angulis exagoni. cuilibet angulo exagoni cadit vnu rectus. cum sexta parte duox rectoꝝ. sexta autē pars duorū rectoꝝ est vna tercia recti. et sic ḡlibet angulus exagoni regularis valet quinq̄ tercias vnius recti. **C** Finaliter ergo recolligēdo conclusionē primā. dico q̄ solū tres figure regulares superficiales replēt locū superficiale. s. triangulus quadratū et exagonus non diffiḡiēdo quadratū cōtra quadrāgulū vel triangulū. De corporibus aut̄ replētib⁹ locū in solidis dicit̄ Aristoteles. et cōmentator̄ q̄ talia sunt duo s. cubus. et pyramis. de cubo non est dubiū. Et ideo sit secunda cōclusio. q̄ in solidis. s. cubi aggregati circa vnu punctū totū spaciū circa ipsū replēt ad omnē differentiā. qd̄ patet. Si itelligamus tres lineas in aere itersecare se. ortogonalē. sicut apparet in tribus palliis sibi mutuo applicatis. que faciūt duodecim angulos rectos. sicut patet inter illas lineas superius stercipiēt quatuor cubi sine iteruallo. Et iferiens alij quatuor. ita q̄ quatuor supra sectionē. et quatuor infra sectionē. que simul faciūt octo totū spaciū circūstas sectionē occupant. De pyramidalib⁹ aut̄ regularibus dicit̄ cōmentator̄ q̄ duodecim pyramides regulares replēt locū. et hoc ipse sic nititur p̄bare tertio huius. quoꝝ cūq̄ angulorū corporalū anguli superficiales equivalent angulis superficialibus angulorum octo cuborum illi anguli possunt replēre locū in solidis. Sed anguli superficiales duodecim angulorum pyramidalium. equivalent angulis superficialibus octo cuborum. ergo t̄c. maiorem relinquunt tanq̄ per se manifestam. ex eo q̄ anguli octo cuborum replēt locū. sed minores probat. pro quo supponit̄ q̄ angulus cubi solidus claudit̄ trib⁹ angulis superficialib⁹ rectis. et sic octo anguli cuboꝝ solidi claudunt̄ vigintiquatuor angulis rectis superficialibus. Sed quia angulus solidus pyramidis regularis triū superficieꝝ claudit̄ tribus angulis superficialib⁹ equivalentibus duob⁹ angulis superficialib⁹ rectis. sequit̄ q̄ anguli solidi duodeci pyramidū claudunt̄ etiā viginti q̄tuor angulis rectis superficialib⁹. et sic tot angulis rectis superficialibus claudunt̄ anguli solidi octo cuboꝝ. et hoc erat intentū. **C** Scīdo. nam sicut se h̄ triangulū in plano ita se h̄ pyramis in solido. Sed aliquot triāguli replēt locū in plano. iō aliquot pyramides replēt locū in solido. Et ex quo sex triāguli regulares replēt locū in plano videſ q̄. iz. pyramides replēt locū in solido. cōsequētia videſ tenere per hoc. Nam sicut numerus cuboꝝ replētū locū in solido est duoplus ad numerū quadratorū replētū locū in plano. qz octo cubi replēt locū in solido. et quatuor quadrata replēt locū in plano. Ita videſ q̄ numerus pyramidū replētū locū in solido debeat esse duoplus ad numerū triangulorū replētū locū in plano. **C** Tertia istaz opinione salua reuerentia commentatoris sit tertia conclusio. q̄ duodecim py

Liber III.

ramides regulares non replet locum in solido. qd probat sic. n recipia aliquā superficiē planā. et signabo in ea punctū. et sit. a. et assignabo sup punctū istū sex triangulos equilateros qui replet locū in superficie circa punctū istū. qd est possibile sicut commentator cōcedit. et ostēsū est prius dēmōstratiue; deinde supra quēlibet istōrum triangulorū tanquā supra basim erigā pyramides regularē triū laterū: quo facto erūt tōi sex pyramides oes contingentes vel cōtingentes se in pūcto a. deinde imaginor vna lineā perpendicularē in illa superficie erectā directe. ad. a. punctū in sursūz. que sit. a. qd quo facto iste sex pyramides nunq tangūt istā lineam nūi iferius in pūcto. a. sicut p̄z volenti cōsiderare. et per p̄n̄s iste sex pyramides nullū oīo solidū st̄itūnt. Deinde ex alia parte eiusdē superficie imaginor alias sex pyramides supra easdē sex bases st̄itutas. et in eodē pūcto. a. contingentes se. et imaginor. b. a. p̄trahi directe i deorsū i. c. erit g. b. a. c. linea tota in vacuo ex utraq parte. et nihil solidū st̄itutū est circa pūctū in quo st̄ingunt se. i. z. pyramides. imo sunt ibi sex corpora. quo p̄ qdlibet st̄itutū est ex dyabus pyramidibus in cōmuni base sūctis. quo p̄ nullū alteri siungitur scđz superficie. Sed tantū eoz superficies lineis se st̄ingunt. patet ergo p̄ duodecim pyramides bene possunt se st̄ingere circa eundem pūctū commune; sed nullo modo iplebūt locū nec ratio cōmentatoris salua sui gracia est aliquius valoris. supponit .n. qd quicūz anguli corporales st̄inent ab angulis superficialib⁹ equivalentibus vigintiquatuor angulis superficialib⁹ rectis. qd illiimplēat p̄cise locū. modo hoc est falsum. Nā si hoc esset ver. sequeret p̄ tres cubi vna cū sex corporibus superficialib⁹ resultantibus ex diuisione trium cuboꝝ replerēt locū. modo hoc est falsū. ex eo qd tales tres cubi vna cum talib⁹ sex corporib⁹ superficialib⁹ nō valent nisi sex cubos. sex autē cubi non replet locū. probat sequentia. ex eo qd oes anguli solidi simul iuncti triū cuboꝝ et sex talium corporum superficialiū claudunt angulis superficialib⁹ equivalentibus vigintiquatuor angulis superficialib⁹ rectis. Ex eo qd angulus cubi solidus st̄inet trib⁹ angulis superficialib⁹ rectis. et angulus solidus talis corporis superficialis claudit duob⁹ angulis rectis superficialib⁹ cū dimidio. et sic anguli solidi talii sex corporū superficialiū claudunt angulis superficialib⁹ rectis equivalentibus qndeciz angulis rectis. et tres anguli triū cuborū nouē rectis. Sed qndecim et nouē faciunt vigintiquatuor. ergo r̄. C Sdō segur qd octo cubi non iparent locū. probat p̄na. qd in dictā suppositionē cōmentatoris sedeci corpora superficialia equivalentia octo cubis non implerent locum; ex eo qd sedeci anguli solidi superficialium corporum clauduntur angulis superficialib⁹ non equivalentibus p̄cise. et 4. angulis superficialib⁹ rectis. patet hoc ex eo qd angulus corporis superficialis solidus versus illā partē vbi siebat diuīsio cui claudit duobus angulis rectis cūz dimidio. et sic tales. i. 6. clauduntur angulis superficialib⁹ equivalentibus. 4. angulis rectis. et ne laboremus in equitudo. corpus superficiale dicitur esse qdlibet illoꝝ duox que resultant ex diuisione cubi. cum cubis diuiditur diametraliter. qd diuīsio cadit super angulos cubi apparentes. Ex quo patet qd p̄cise tantū valent duo corpora superficialia qndū unus cubus. sic ergo primo visa est opinio cōmentatoris. s. g. i. z. pyramides regulares replet locum. Et secundo ratio sua. et terrī improbatio sue opinionis. Et quarto ostēsū est defectus sue ratiōis qua credidit se demonstrasse. Nec propter hoc volo improbare Aristō. quia Aristō. nō dicit qd. i. z. pyramides regulares replet locum. Sed bene dicitur qd pyramis est vnum de corporibus que in aliquo numero accepta possunt replere locum. Sed quod pyramides hoc faciunt non exprimit. Et ideo secundum Aristote. diceretur ad dubitationem motam. quantum ad tertium articulum

Questio vltima.

questionis. qd pyramides regulares in aliquo numero accepte replet locum. sed in quo numero hoc faciant ipse nō dicit. Et si in aliquo numero forte hoc sunt vigiti. De hoc aut alias si deo placuerit profundius perscrutabor.

Quāntūm Ad quartum articulū sciendū: qd aliqđ de terminare sibi figuraz a nā est ipsum habere aliqđ figuram determinataz. et non posse habere aliam nisi violente. C Secundo est sciēdū qd questio potest inteligi. vel de totali elemento vel de parte eius. C Tūc sit prima conclusio. qd particule elementoz non determinant sibi figuram naturaliter. probatur. quia aliter et aliter possunt figurari. nūc triangulariter nūc quadratē. secundum alias et aliam figuram corporis continentis. sicut pater de aere et de aqua absq; eorum violentia et corruptione. qualiter non posset fieri de homine vel de asino. C Secundo. omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti. modo elemēta per mixtionē qdlibet figuraz possunt recipere. nec aliqđ sibi determinant nec aliquā habent sibi cōnaturalē: iam enī non possent aliā recipere. sic enī arguit Aristō. in p̄mo physiō. et cōmentator in de substātia orbis. qd materia p̄ma nullā determinat sibi formā substātialē. Nam tunc nullā aliā posset recipere. C Tamē cōtra istas p̄batōes dubitat. p̄ma quidē p̄batio non videtur p̄cedere de omnibus elementis. nō enī cōcludit de terra: que est solida. illa. n. nō pot sic diuersimode figurari. scđm diuersam figurā continentis. C Cōtra secundā probationem dubitatur similiter. quādo dicitur recipies deberet esse r̄. Nam h̄z hoc oportet qd etiā elemēta nō haberēt formas substātiales. ex eo qd in mixtione quālibet formā substātialē possunt recipere. C Ad ista respondet. Ad p̄mū dico qd l̄z terra non figuretur ad figuram cōtentis. hoc non est quia forma eius substātialis determinet sibi figurā quā habet. sed hoc solum est proprie duritiae: quia non est fluxibilis. Etia sufficit qd sine corruptione ipsa terra posset diuidi et figurari alī et aliter sine eius violentia. C Ad scđam. ista bene probant qd oportet elementa carere formis substātialib⁹ elemētorū mixtorū. nam tales recipiunt imixtionez. non tamen ppter hoc oportet elemēta carere formis substātialib⁹ elemētarib⁹. C Ex ista conclusione segur. qd nō potest fieri trānsmutatio. particule elemēti de figura in figuram que sit ei violentia. patet hoc ex eo quia nulla est sibi naturalis. verūtamen potest esse violentia aliunde in tali transmutatione. sicut proper motum localem vel rarefactionem vel condensationem vel diuisionem. l̄z non ratione figurentur. C Secunda conclusio qd totali sp̄ra elementi non determinant sibi aliquam figuram natūrālē: tunc sicut differunt specie determinarent sibi figurās distinctas specie. modo hoc est falsum. Nam omnia quasi sunt sp̄rica: sed illam non determinant sibi a natura. sed habent illam rationem continentis. consequentia probatur. Nam sicut videmus in animalibus et alijs differentibus specie. qd distincta specie si determinant sibi figurās: determinant sibi figurās distinctas specie. C Sed dubitatur p̄mo de hoc qd esdem est figura totius homogenei et sue partis. Nam aliqua particula aque transmutatur de vna figura in aliam. Et tamē tota sp̄ra aque manet consimilis figura. cuius fuit ante. C Secundo dubitatur. contra conclusionem in se. nam terra vndique naturaliter mouet ad mediū. ex hoc segur ipsā ē rotūdaz

Liber III.

Questio vltima.

Sicut dicebat scđo huius. iō ipsam ēē rotundā videt ei iesse nāliter sicut inest ei nāliter vndiqz moueri ad mediū. Ad qđ sequitur ipsaz esse vndiqz rotudā. **C** Tertio ignis necel sario est speric⁹ nā aliter eset vacuū ppe sperā lune igit̄ vi deſ qđ talē figurā ignis sibi dterminat. **C** Ad ista r̄ideſ Ad p̄mū. bñ cōcedo qđ tota sp̄ra aque & vna p̄s aq̄ quodā modo se habet aliter quantu ad figuraz. Sed tñ hoc nō est de p̄ se. nec rōne forme subalib aque. sed p̄ accīs. & ex stinēte. & rōne motu. qđ facile ēvnā paruā ptculam aque. trāmutare & mouere de continēte i stinēs. & nō est ita de tota sp̄ra aque. tñ si sic fieret. non ppter hoc corrueretur nec violentaretur. **C** Ad scđm. dico qđ nō sequitur si motus sit naturalis & ex motu sequitur talis figuratio qđ talis figura tio sit nālis figuratio. **C** Ad tertium. dico qđ lz ignis sit necessario spericus. non tamē naturaliter a forma sua. sed ab alio. s. a stinēte. s. a celo qđ est spericus.

Ad r̄ones. Ad p̄mā ista bñ pbat qđ quodlibet elemētū cū est figuratū. s. qđ ista figurā p suā nām sibi determinet hoc non concluditur. **C** Ad scđam dico qđ lz non sint nisi quinqz corpora regularia s̄m sp̄em. non tñ oportet qđ quodlibet corporz simplicitum vnam illaz figūraru talis corporis sibi determinet. Nam si sic sicut arguit Aristotele. oporteret esse vacuum. qđ nā abborret. nec ratio ista est aliud qđ quedam concordantia & persuasio secundū quas non est procedendum in naturalibus. sed magis ibi est pcedēdū f̄ experientias. **C** Ad tertiam dico qđ elemēta ex sui natura non determinata sunt ad maximū vel ad minimum. Nam dicitur secundo de anima. qđ ignis cresceret in infinitum si infinitum combustibile apponereſ. s. qđ si elemēta determinata sunt ad maximū. n vel ad minimū. hoc non est ex eoꝝ natura. sed magis a continēte. Et iuxta hoc proportionaliter exponatur illud qđ dictuz est. omnī natura constatū. **C** Ad quartaz dico qđ aqua habet figuram spericam. hoc aut̄ non est imediate a forma sua. s. qđ

quodāmodo ex sequēte. s. ppter locum & distantia eius a centro mundi sicut ostensum est scđo huius. **C** Ad quintā de gurulis aque que sūt sperice. dico qđ hoc nō est a forma aque. sed magis ppter fugam contrary. nā illa est figura scilicet sperica in qua partes sunt magis vnite & magis pos sunt resistere corrūpenti. & ideo quodlibet quātum potest tendit ad istam figuraz nisi aliud imediat. sicut grauitas vel durities. Et maxime quando in pua quantitate. nec hoc solum cōuenit aque. sed alijs liquidis. sicut patet de ar qđ to viuo. **C** Ad sextā dico qđ hoc nō est. pp B qđ ignis talē i. guram sibi determinet. sed hoc magis est propter aerem circūstantē corrūpente illā flamā. & diminuentē quanto est remotius ab eius origine.

C Et sic cuz dei laude terminat q̄stio. & p̄ q̄ns tertii liber: sicqz totalis liber. gyvisū ē i tres ptales libros distribut⁹ est. cui⁹ p̄mī oēs q̄stiones fundate sunt super textus primi libri arist. preter vltimā que fundata est super primo textu secudi libri d celo aristotelis. Silt q̄nes oēs secundi libri fundate sunt super textus secudi libri d celo arist. preter decimā quartā q̄nem que fundata ē sup octuagesimū nonū textū primi celi arist. Quesitores autem huius tertii oēs sunt fundate super textus quarti libri de celo ari. preter q̄ntā. duodecimā. & decimātertiā. que fundate sunt super textus tertii libri de celo arist. vt p̄tuit.

C Expliciūt questiones preclarissimi doctoris alberti de saxonia sup q̄tuor libros d celo z mūdo Ari. diligētissime emēdate p̄ eximū artiu & medicie doctorē magistz hieronymū Surianū Venetū filiu dñi magri Jacobi Suriani physici p̄stātissimi. Imp̄se at Venetis Arte Boneti d lo catellis Bergomēsis. Impensa vō nobilis viri Octauiani scoti ciuis modo etiēsis. Anno salutis nře. i.4.92. nono kalē nouēbris. Ducante inclito p̄ncipe Augustino barbadico,

Registrum

A Questiones subtilissime
C Clarissimi doctoris
p̄uationem.
B mobile. s. celum
sunt plures dimensiones
ca naturalia
C rum non est
idest non habent
principio & similiter

D ta quo potest
minus sunt adequata
& ad hoc valet
E differenti p̄sitionis
habitantib⁹ & directe
tionaliter potest argui
F de generatione
tangeret centrum
partes celi mouetur

G Manifeste appetet
cum tales intelligentie
bere lumen a sole
H eisdem in secundo
ad inicem f̄ sp̄em
ma substantiali
I ueatur & vitram
teret esse vacuū
J NIS.



CIncipiunt tituli questionura primi libri.

- Utrum cuilibet corpori simplici insit nālē tantū vnu^motus simplex. Questio. I.
 Utrum in mundo sint quinqz corpora simplicia distincta
specie. s. quattuor elemēta & qnta essentia. 2.
 Utrum preter qnqz dicta corpora simplicia sit ponēdum
sextū corpus simplex. s. m. spēm. 3.
 Utrum totalis mundus aggregatus ex dictis qnqz corpo-
ribus simplicibus sit vnum ens continuū. 4.
 Utrum mundus sit pfectus. 5.
 Utrum possit esse aliquod corpus infinitū imobile. 6.
 Utrum possit esse aliquod corpus infinituz imobile circu-
lariter. 7.
 Utrum possit esse aliquod corp^s infinituz mobile motu recto. 8.
 Utrum aliqua magnitudo sive corporalis sive linealis sive
superficialis sit vel possit esse infinita. 9.
 Utrum vnu infinitū possit eē maius vel min^m alio si eēt plā
infinita. sive vtrū vnu infinitū sit opabile alteri. 10.
 Utrum totalis mundus sit magnitudo finita vel infinita. 11.
 Utrum supposito q̄ essent plures mundi terra vni^m mundi mo-
ueretur ad mediū alterius mundi. 12.
 Utrum sint vel possint esse plures mundi. 13.
 Utrum quelibet potētia actua determinetur p maximum
in quod potest agere. 14.
 Utrum quelibet potentia passiva terminetur p minimū a
quo potest pati. 15.
 Utrum omne ens habeat potentia respectu sue durationis
per maximū tēpus per qd pōt durare. 16.
 Utrum oē corruptibile necessario corūpetur. 17.
 Utrum aliqd de nouo genitū possit ppetuari. & aliquid eternū
possit corūpi. 18.
 Utrum gnabile & corruptibile auertatur adiuicē. 19.
 Utrum mundus sit perpetuus. 20.

CIncipiunt tituli questionū secundi libri.

- Utrum i celo sint sursū & deorsum. ante & retro. dextrū &
sinistrum. Questio. I.
 Utrum in celo debet sumi sursum & deorsū s. polos. 2.
 Utrum polus arcticus s. deorsū & antarcticus sursū. 3.
 Utrum sursū deorsū tc. repiantur i celo ex natura rei. vel so-
lum in habitudine ad nos. 4.
 Utrum celū sit figure sperice. 5.
 Utrum spere celestes sint octo vel nouē vel plures vel pau-
ciores. 6.
 Utrum ad saluandū ea que apparēt. x motibus planetaruz
oporteat ponere orbes eccentricoz & epicyclios. 7.
 Utrum omne celū sit mobile. 8.
 Utrum celū moueat cū fatigacione & pena. 9.
 Utrum ista vna sit bona. celū mouetur. ergo necesse ē terrā
quiescere. 10.
 Utrum ista vna sit bona celū sp mouetur. ergo necesse ē ipm
moueri pluribus motibus. 11.
 Utrum ista vna sit bona. si necesse est eē gnatiōnes & corru-
ptiōes hic inferius necesse est ples motus celestes. 12.
 Utrum motus celi ab occidente i orientē sit regularis. 13.
 Utrum oīs motus regularis sit velocior i fine q̄ s. p̄n. 14.
 Utrum spere celestes planetarz plib^m mouant motib^m. 15.
 Utrum corpora celestia suis motib^m causent sonū. 16.
 Utrum orbes inferiores planetarz velocius moueātur moti-
bus propriis q̄ orbes superiores. 17.
 Utruz sol & luna paucioribus moueantur motibus q̄ alii
planete. 18.
 Utrum spēa solis p suū motū magis calefaciat ista inferiora
q̄ alii planete. 19.
 Utrum stelle moueant p se vel solū ad motū sui orbis. 20.
 Utrum oīa astra sint adiuicē eiusdem spēi spālissime. 21.
 Utrum omnia astra alia a sole. habeant lumen suum a so-

le vel a se.

- Utrū oīa astra sint generatiua caliditatis per lumē in istis
inferioribus. 22.
 Utrū macula illa apparet in luna causetur ex diuersitate
partiū lune vel ab aliquo extrinseco. 23.
 Utrū terra sit in medio mundi sicut punctus respectu celi
naturaliter situata. 24.
 Utrū terra in medio celi sive in medio mundi semper quie-
scat vel semp moueatur. 25.
 Utrū totalis terra sit sperica. 26.
 Utrū totalis terra sit habitabilis. 27.
 Utrū totalis terra sit habitalis. 28.

CIncipiunt tituli questionū tertij libri.

- Utrū aliquod elementum sit simplr graue & aliquod simplr
leue. & aliquod i respectu. Questio. I.
 Utrū qdlibet corpus qd est alio grauius in aere sit eodem
grauius in aqua. 2.
 Utrū aliquod elementū sit graue in suo loco pprio. 3.
 Utrū grauitas & leuitas sive forme substantiales grauiū
& leuium. 4.
 Utrū ex parte grauitatis & leuitatis cōcludi possit corpora
non esse cōposita ex indiuisibilibus. 5.
 Utrū ex parte grauitatis & leuitatis concludi possit nume-
rus quaternarius elementorum. 6.
 Utrū loca naturalia grauiū & leuium sint cause suorum
motuum. 7.
 Utrū graue vel leue moueat naturaliter sursam vel deor-
sum a suo generāte vel remouēte p̄hibēs. 8.
 Utrum grauiā & leuiā moueantur actiue a granitate & le-
uitate. 9.
 Utrū forme scđz quas sūnt motus grauiū & leuiū sint natu-
raliter mobiles scđz locū. 10.
 Utrū grauiā appetat descendere p lineas breuissimas. 11.
 Utrū aer naturaliter moueatur i p̄iectione lapidis vel al-
terius proiecti in eo. 12.
 Utrū q̄tuor elemēta determinēt sibi figurās a natura. 13.

§3113



Line
845

